ratus est propter delicta mea et propter scelera mea vehementer attritus. Sed patere obsecro ut quod deinceps in filium tuum fieri viderim edisseram. **Maria.** Violentus mihi es fili dominice qui ad quilibet narratione tua merore me afficis et dolore. Neque enim sine cordis vulneribus virginis mei plagas recensere. Dic tamen quid videris. **Dominicus.** Cum flagris rex angelorum esset vndique discerptus raptus est a militibus in pretorium. Ego post horam clam locum ipsum ingressus. vidi hanc domina mea virginis tuum vilissima purpurea vestitum. spineo sermo coronatum. arundine quasi pro sceptro detentum. sanguine respersum. et turpibus sputis contaminatum. Exhibebatur ei ab impijs quasi honor regius. sed in spinis et verberibus doloris. **Maria.** En reprimis defluentes lacrymas ut tibi quod ista significet manifestem. **Uex** ut paulo altius repetam. vestibus christus spoliatus est ut tibi veterem hominem exueret et nuditate tua virtutis vestibus adornaret. flagellatus est ut que merueras eterna flagella delectet. Sanguinem sudit ut te roseo suo cruore balnearet. Spinis est coronatus ut que te pungunt temptamina mitigaret et gloria atque honore conspicuum redderet. **Vili** purpura amictus est ut stola te immortalitatis indueret. **Falso** adoratus est ut te eternus genitor honoraret. **Conspuitus** est ut faciem tue mentis ablueret. **Arundine** est vacua iustus ut tibi solida et eterna sceptra donaret. **In capite** celsus. ut caput anime tue integrum custodiret. **Dominicus.** Quod dulcia faucibus meis eloquia tua. iam totus in eius inflammas amore. qui tam indigna pro me sustinuit et me suis languoribus reparavit. **Animaduerto** tamen hoc spectaculo humani generis ambitionem vehementissime retundi. **Nos** miseri coronam et cydarium nostris capitibus imprecamur. christus spineo sermo transpungit. **Nos** auro sericisque libenter immolui mur. christus vili purpura circumtegit. **Nos** honoribus et sceptris delectamur. christus inani arundine teridetur. **Nos** laudes hominum concupiscimus. christus in facie consputat. **Nos** cum honoris delicias querimus. christus et honorat et plagis afficit. **Sed** venobis si in hac vanitate perisimus. et ad tante humilitatis exemplum impia superbia non abdicamus. **Maria.** Optime tu quidem fili dominice. Nunquam enim poterit homo ad christi gloriam conformari nisi prius ad cordis eius humilitate se conformet. se modifit. **Sed** ad reliqua pereremus. **Dominicus.** Tu ipsa vidisti mirissima virgo quam hic sacer vnicus tuus sic coronatus. sic cruentatus. sic viriliter vestibus uniuerso populo a preside in derisum ostensus sit. **Quo** quoque expulsum sit et reprobatum et clamoribus ad mortem turpissimam requisitus.

Cur spinis coronatus xps.

Cur xps in derisum sit ostensus.

**Maria.** Vidi hec fili et contabui. et pre nimio dolore tota dirisum. **Uex** tu huius presentationis agnosce mysterium. **Logica** queso

## De mylterijs passionis xpi

In illo tremendo iudicio cū q̄to rubore ac formidine reprobi omnes  
summis xpi tribunalibz p̄sentabunt. Ut ergo electos suos dulcissi-  
mus miserator ab ista confusione ⁊ tremore praepereret dignatus est  
contēpibilibz p̄sentari. cōfundi. despici. reprobari **Domīnicus**  
**O** benignissimū redemptorem ⁊ omni amore atq; honore dignissi-  
mū. **Maria.** At nunc aperi paululum oculos tuos ⁊ vide q̄  
cōfusibiliter de filius hic p̄sentat a p̄siede. ⁊ cū q̄ta maiestate p̄sen-  
tabit a deo patre **Dic** stat spinis trans fossus. in illo examine videbi-  
tur gloria ⁊ honore coronatus **Dic** stat vili veste cōtectus. illic mul-  
ta erit luce circūdatus. **Dic** stat plagis oblitus. lūidus cruore re-  
spersus. illic sedebit conspicuus. lūinosus. ⁊ multa maiestate cho-  
ruscus. **Dic** ab omnibz contemnit. exsibilatur. despuitur. illic eū an-  
gelice potestates ⁊ oēs celoz virtutes reuerēbunt. honorabūt ⁊ ob-  
sequentur. **Dñicus.** Quid tunc rogo pylatus. qd herodes. quid  
cayphas. quid ceteri eius nūc hostes dicturi sunt. **Maria.** Istud  
certe **Ecce** hic est quē aliqui habuimus in derisum ⁊ in similitudines  
improperij. cuius tā inglorius aspectus apparuit. cui⁹ nos insensa-  
ti vitā estimabam⁹ inlaniam. quē nos pupugimus ⁊ iniusto iudi-  
cio cōdēnauimus **Quē** nūc sublimis apparet minax ⁊ vere terribi-  
lis. cui⁹ nūc maiestatis potentia miseri sentiem⁹. quem in humilitate  
positū tam irreuerēter aspernati sum⁹. **Dñicus.** Tuis meritis  
hera dulcissima ne in illo iudicio prayoz collegio ad sinistrum la-  
tus associer obnix te deprecor. **Maria.** fiet quod exoptasti. sed  
iā progrediamur vlteri⁹. **Dñicus.** Tu interfuisti qm̄ pylatus cla-  
moribz vict⁹ iudeoz deū iudice vniuersoz suis iussit tribunalibz assi-  
stere. in quem dīre mortis sententiā fulminauit ⁊ ad crucis suppli-  
ciū iniustissime cōdēnauit. Et ita egressus est a facie p̄sidis domi-  
nus maiestatis portas sup se sententiā acerbissime ⁊ turpissime ne-  
cis. **Maria.** Deus o dñice tu rursus pmoues ad planctū omnia  
viscera mea **Est** tñ vñ nō mediocriter in hac sententiā cōsoleris **De-**  
morare quō p̄mi parentes cū dei iussa cōtēpissent amara sunt mor-  
tis sententiā percussit. repēte vterq; audiuit. terra es ⁊ in terrā ibis **Terra**  
quoq; q̄ spinosum hōiem erat susceptura spinas tribulosq; p̄durie  
⁊ eua cū dāno pudoris filios immēsis doloribz generauit. **At** post  
q̄ dei filius multa ferus miseratōe mortis sup se sententiā accepit.  
adā cū sua sobole ad vitam redire. ⁊ illi nature cui dictū est. terra es  
et in terram ibis nunc dicitur. **Sede** a dextris meis. **Nunc** spinis  
emissis terra cordis nostri fructū germinat salutarem **Nunc** quoq;  
mater ecclesia non in dolore sed in gaudio filios parit quos parit  
riuit **Domīnicus.** Consolatus sum plane hoc tuo sermone ⁊  
spem maximam p̄cipio eterne mortis sententiā me euasur qm̄ iudep

Quis xps sentē-  
tialis

## Dialogus Septimus

mens eam super se innocens accepit. et sua iniusta condemnatioe in  
am iustissima expiauerit. Sed nunc ad crucis supplicium veniamus.  
Accepta igitur hac sententia omnipotens et celsissimus deus filius tuus  
crucis in suis humeris accepit. et suus ipse portans ignominiam ad  
locum supplicij in medio latronum stans et ingemiscens humilis prope-  
ruit. impijs illum procellentibus. iridentibus. verberantibus. **Maria**  
**Aristissimam** nunc spectaculum obiecasti et mille lachrymis proequen-  
dum. **Hic** ego tunc mesta interfui corde anxia animo desolata. Sed  
intuere rogo quomodo benignissimus pastor pro suo grege se pergit im-  
molare. **Aberauerat** enim omnis illa centesima et veneta gustando perie-  
rat. **Que** ergo in ligno mortem accepit. per crucis lignum eam suus  
conditor requisivit. questam reperit. repertam in suis humeris de-  
mes impoluit. et ad pascha eterne viriditatis introduxit. **Dnicens**  
**Amorem** redolet quod dicitis. **Maria.** **Terne** ergo verberatum li-  
gno crucis ferum securis requirentem quod immersum fuerat in  
profundis aquarum. **Hoc** lignum cum aquas passionum in christo attigit.  
duro generi humano quod a ligno vetito in infernum ceciderat per cru-  
cis lignum et aque baptismum sursum ad paradysi gaudia vnde cor-  
ruerat adnatauit. **Portat** itaque dominus iesus crucem suam quasi  
rex suum sceptrum. **Portat** crucem ut victor trophaeum qua principes de-  
uicerit tenebrarum. **Portat** ut doctor candelabrum in quo ponendum erat  
sue doctrine luminarium. **Portat** et clauem ut summus sacerdos su-  
per humeros ut ingrediatur in sancta sanctorum. **Dominicus.** **Alta** mi-  
hi huius spectaculi mysteria oppandisti doctissima parens. que sicut  
intellectum illuminant. ita etiam inflammant affectum. **Puto** etiam dul-  
cem habere rationem quod symon syrenus homo gentilis crucem baiulat  
post saluatorem. **Maria.** **In** hoc facto significatur quod repulsa sy-  
nagoga ecclesia de gentibus ab ipsis humeris christi crucem fuerat su-  
sceptura et in cruce usque in finem seculi permansura. **Verum** quia sy-  
mon obediens interpretatur. **Diruerat** crucem cum domino baiulat  
qui in ara obedientie quotidie se inactant. **Sed** miraris forsitan cur  
dominus christus foras civitatem. foras muros mori delegerit. **Dnicens**  
**Ideo** ut arbitror ut ostendat virtutem sue passionis infra terminos  
iudaice gentis includendam non esse. **Non** enim debet magnus redem-  
ptor parvo precio stare contentus. et ideo sicut copiosa. ita et publi-  
ca debuit fieri redemptio. **Ad** dextram enim et ad leuam penetravit. et  
semen eius (ut ait propheta) gentes hereditabit. **Maria.** **Bene**  
id arbitratus es. **Tu** quod si fructum volueris sequi passionis. egre-  
dere extra castra. mundum per affectum desere et sic porta improperium eius.  
**Dnicens.** **Iuste** me adhortaris diua parens. sed auxiliare obse-  
cro imbecillitatem meam. **Uex** nunc ipsum omnium dolorum articulum.

**Cur** christus lignum  
crucis baiulat.

**Cur** symon cruce  
portat

**Cur** extra civi-  
tate christus mori

## De mysterijs passionis xpi

atingamus. **Maria.** Quem tu illum diciturus es. **Dñicus.** Ego hunc exultimo maximū illi fuisse dolorē cum nudus sup cruce ter glorie pectus. mēbris omnibus extēsus est. 7 clauoz aculeis manibus pedibusqz transfixus. **Maria.** fateor verum esse quod dicitis. Nam in retro supplicijs nihil tale hactenus p̄fessus est. Ego q̄ qz dum huius tormenti reminiscor. nō me capio pre dolore. **Malleoz em̄ 7 clauoz stridor mea nimis viscera lauciarunt.** Sz habes hic integrā totius veteris hominis medicinā. **Dñicus.** Quez tu veterē hominē appellas. **Maria.** Adā 7 suam p̄geniem. Legisti ne apud ysaiā. om̄e caput languidū 7 om̄e cor merens. **A** planta pedis vsqz ad verticem nō est in eo sanitas. Nō hoc certe de nouo. sed de veteri adam debes accipere. **H**unc ergo egrotum meus filius vt sanaret totum se aquis passionis immerfit. **A**ccipit em̄ vulnus in capite vt intentōem (que anime caput est) in adam sanaret. **I**n manibus vulneratus est vt malas 7 remissas purget operatōnes. **P**edes quoqz clauis obiecti vt terrenas 7 sordidas in homine sanet affectōnes. **A**oz quoqz lācea postmodū est transfixum. vt notias vanasqz absigat cogitatōnes. **T**oto deniqz corpore extēsus 7 affictus est vt totum corpus nostrum. hoc est vita 7 p̄uersatio nostra sancta 7 lucida sit nullam habens tenebrarū partem. **O**culi eius tenebescunt in morte vt aduerterent oculi nostri ne respiciant vanitatē. **A**ures eius multis cōplentur opprobrijs ne aures nostre ad pauperem clamorem obsurdescant. **S**ic clemētissimus medicus vt morbidū nimis hominē sanaret. egritudinē eius in se transsumpsit. vt dum ipse vulneraretur in corpore. homo languidus sanaret in mente. 7 inde animaretur ad vitam vnde vite dominus in mortem spontaneam cōmigraret. **D**ominicus. **U**erba que tu loqueris o feruētissima lampades sunt. lampades ignis atqz flammaz. **U**ere beneplacitum est dño in populo suo. **H**abemus em̄ illum pontificem qui possit non solum cōpati infirmitatibz nostris. sed etiam velit eas in se transferre. expiare. mederi. **S**ed nunc ad erectum in cruce dñm oculos subleuemus. **Q**uid sibi vult rogo deuotissima virgo. q̄ infinite maiestatis que potestates 7 dñationes tremiscunt. in medio duoz latronum delegerit crucifigi. **Maria.** **A**n ignoras. qz p̄mi parentes nostri pepigerant sedus cum morte 7 pactum cum inferno subierāt. **V**identes em̄ furem currebant cum eo. **H**inc ysaias 7 illoz inobedientia 7 p̄fidiam notās. p̄ncipes inquit tui inobedientes loci furū. **H**anc ergo impiam societate vt christus diuelleret 7 socios nos faceret angeloz voluit vt latro cōprehendi. p̄ latrone barraba reprobati. 7 inter latrones crucifigi. **D**ominicus. **D**amabilem inclinationē. qz potenti humilitate antiqui hostis superbiam christus con-

**Tur p̄s in cruce clauatus.**

**Tur inter latrones crucifixus.**

## Dialogus Septimus

fundit. Ille conabat in celum ascendere. christus dignatus est in cae-  
ce pendere. Ille esse voluit dominus angeloz. christus factus est so-  
cius latronū. Ille nitebatur esse sicut altissimus. christus vt viroz  
nouissimus voluit estimari. Ac p inde vere dignissimus vt in noie  
iesu omne genu flectatur celestiu. terrestrium. ⁊ infernoz. **Maria.**  
Fideli oculo ista cōuenis fili dominice. ⁊ bene tibi sapit humilitas  
dei tui. Vidisti eius p fundissimā humilitatē. ⁊ templare nunc dul-  
cissimā bonitatē qua pro suis inimicis cum lachrymis deprecatur.

**Dominicus.** Eya ⁊ nunc flexus recolo quō p̄fixus. extensus. disse-  
patus pro ipis patrem exorauerit dicens. Pater ignosce illis nō em̄  
sciunt quid faciunt. **Maria.** Pinc satis aduertis q̄ benigna ⁊ ve-  
re dulcis illa anima fuerit que tantis amaricata doloribus a pieta-  
tis officio nō se potuerit p̄tinere. Illi furis pleni clauos acriter infi-  
gunt. christus cum lachrymis ipis veniam deprecatur. Illi sacrile-  
gum caput ante crucem exagitant. christus eis suum reuerenter in-  
clinat. Illi letis vultibz suas penas aspiciūt. christus tristissimo vul-  
tu illos infans miseretur. Illi subsannātes irrident. christus super  
eos vberim illachrymas. Illi inter latrones appensum vlti sedesissi-  
mū aspernantur. christus eos quasi insontes patri excusare conatur.

**Dominicus.** Animā vere dulcissimā que in tanta hoīm insa-  
nia tam benignā indulgentiā exhibuit. ⁊ p nostris psequutoribz ex-  
orare nos docuit. Sed vidi dñā quod tu quoqz ipa vidisti vultum  
pendentis fuisse tristissimū. **Maria.** Nec mestitudo vultus ⁊  
animi merore descendit. Multe namqz illius tristicie ratōnes Ego  
cruci eius gemebūda ⁊ mesta vehementer assistens dolor suoz ps  
magna fui. magis em̄ meas q̄ suas angustias dulcis filius deplora-  
bit. Videns ergo mei cordis amaritudinē. videns quoqz saluādo-  
riū paucitatē. ⁊ ⁊e tantis beneficis impioz hoīm ingratiudinē ta-  
ctus dolore cordis intrinsecus mestitudinē mentis vultu exterius de-  
monstrabat. Uex huius tristicie gr̄a exhilarant in oleo vultus no-  
stri. ⁊ caput nostrū inūgimus. ⁊ faciem nostrā aqua sapientie saluta-  
ris diluimus. Nec tristicia eterna a nobis mestitudinem excludit. ⁊  
ad gaudia māsura intro mittit. **Dominicus.** Ecce audiui exultās  
huius abs te tristicie ratōnem. Uerum quid cause est obsecro q̄ in  
quinqz corporis sui sensibus tam acriter voluerit p̄turbari. Aures  
em̄ eius hauriebant opprobria. oculi ludibria. nares feda sputami-  
na. gustus acerbā pocula. tactus spinarum ⁊ clauoz acumina  
**Maria.** Laudo te qui dei tui p te patientis tam exacte suppli-  
cia numerasti. At nunc huius turbationis accipe ratōnem. Nisi em̄ in  
suis sensibus dñs turbaretur. nūqz posses tuos ad trāquillam redi-  
cere pacem. Tunc vero cessat abs te vanus p̄curitus aurū. concu-

Dicit pro suis  
inimias.

Cur vult' rpi  
mestissimus

Cur cū turbat'  
pepedit sensibz

74

## De myſterijs paſſionis xpi

piſcentia oculoꝝ. illicitoꝝ tactuum delectatio. ciboꝝ odoramentotoꝝ  
qꝫ voluptas. **A**ſtificationis itaqꝫ ſub diſciplina ſenſibus tuis hoc ma/  
gnum habebis in premio vt in illo regno ſuperno deus tuo ſit lumē  
viſui. baſſamū olfactui. roſa tactui. cythara auditui. ⁊ mel guſtui

**Cur cū tranſuer  
berato corpe**

**D**ominicus. Optime me afficit benigna mater. ſed quid rōnia  
p̄tinet illa ſui corpis vndiqꝫ facta diſruptio. Pendebar em̄ p̄ſiſſus  
vulnere ſuper vulnus ſaucius. diſſipatus. rubricatus. **M**aria. Et  
tu ergo dominice nota (vt facis) hoc rubrum reclamatorium. Ha/  
bent em̄ aucupes eum mozem vt cum aues venaticas ad manuz cur/  
p̄iunt reuocare rubrum eis ⁊ cruore reſperſum reclamatorium a loꝝ  
ge demonſtrent. Aues itaqꝫ eſſam arbitantes ad nutum ſe reuocan/  
tis aduolitant. Peccante primo parente totum genus humanū de/  
manu auolauerat. additoꝝ. Sed vt poſſet homo vagabundus et/  
erraticus reuocari. deus vnigenitus meus ſanguine p̄ſperſum in cruce  
reclamatoriuꝝ exhibuit quo auolantes animas ad ſe reuocauit.

**O**ſtendit em̄ cordium vulnera cito poſſe ſanari qui pro medendis  
vulneribꝫ ſic vulneratus fuit.

**D**ominicus. Ita eſt plane ſicut tu  
aſſeris. Libenter em̄ nos morbidū vulneratū amplectimur ſaluato/  
rem vt anima noſtra noſtra reſartiatur ⁊ ſanitas permaſura donetur. Sed  
quid ſibi vult rogo copioſiſſimus ille ſacri ſanguinis effluus qui

de manu p̄dumꝫ vulneribus tanta vbertate deſcendit. **M**aria. **Cur cū ſangu  
inis vulneribꝫ**

Legiſti ne quō moꝝes vaſa ſanctuarij ſanguine reſperſit. qꝫ in lege  
pene om̄ia in ſanguine mundantur ⁊ ſine ſanguinis effuſione nō ſit  
remiſſio. Summus quoꝫ ſacerdos ſemel in anno cum ſangu/  
ne introibat in ſanctas ſanctoꝝ. Hec om̄ia ſi volueris myſtica ratione  
diſcutere. facile reperies cur p̄piciator generis humani ſanguinem  
ſuum voluerit in cruce diſſundere. **H**ic ſanguis antiquā patris irā  
mitigauit. angelos ad pacem reduxit. celos aperuit. tartara vacuauit  
dyabolum p̄regit. ⁊ totius mundi peccata deleuit. **D**ominicus.

**E**n iam licet nobis haurire aquas in gaudio de fontibus vulnerum  
ſaluatoris qui nō in ſanguine alieno ſed per p̄prium ſanguinem in/  
troiuit ſemel in ſancta. vaſa ſanctuarij clementer aſpergens. ſuo vide/  
licet ſanguine electoꝝ animas repurgans. **A**nimaduerti preterea  
qꝫ in cruce pendens vnicus tuus brachia ſua nimis indulgenter ex/  
pandit. **M**aria. Bene aduertilli. ſed recole queſo quō olim adā

**Cur cū expāſis  
brachijs.**

inobediens fugerit. p̄cul a facie domini iram ventus ⁊ vindictā. Ecce  
nunc dulciſſimus miſerator brachia expandit cupidus fugientē re/  
cipere. ſuſceptum complecti. cōplexum deoſculari. **Q**uantūuis ma/  
gnus peccator quis fuerit p̄ſideret pietatē brachia expādentis audi/  
atqꝫ vocem poſt tergum mouentis. Venite ad me om̄es qui labora/  
tis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiam vos. **D**ominicus. **S**uaues ſp̄s

## Dialogus Septimus

**Cur cū cōficiis  
manibz**

rant amorem verba que dicis misericordie mater, sed et puto eandē significare clementiam q̄ manus pedesq; sunt spiculis trans figi. vt ostendat scz nolle se redeuntē peccatorem aut manibz ferire. aut pedibz repellere. **Maria.** Bene id existimasti. Scito tamen culpam nunc manū deleri quas ad poma noxia adā primus extendit. Ille em̄ digitos expandit ad lignū vetitū. xps vero ad crucis supplicium. vt noxiam vsurpationē innocens pena conuelleret. Pedes vero ad e et sine sobolis presto erant ad cursum mali operis quos dñs fecit in viam consistere mandatorū dum suos pedes patibulo affixit vt iaz clamare possit. pes meus stetit in directo.

**Dominicus.** Vinea ne nūc colligo virgo maria quō vetus homo noster cū xpo crucifixus sit vt destruat corpus peccati vt ultra non seruiamus pctō. Nūc etiaz colligo quō trituratus sit moab in cruce sub domino si cut terunt palea in plastro. et extendit manus suas sicut extendit natans ad natandū. scz in modū crucis. Manus enī dyaboli sub xpi manibz sunt cōfite. qz per crucis mortem omnis ei nocēdi potestas sublata est. Expoliavit quippe vnguentis tuus principatus. et potestas tradidit libere. palam triūphās illos in ligno crucis. **Maria.** Prudenter hoc tu mysterium cōcepisti. **D.** autē vidisti eum in cruce toto corpore longelateq; distentum ideo id fieri benignus redēptor sustinuit vt tu posses comprehendere cū omnibz sanctis que sit longitudo. latitudo. sublimitas. et profundū. Ut sit longanimis in aduersis. latus in operibz charitatis. sublimis in spe eternitatē. iunus in timore humilitatis. cū nesciat homo vtrū amore an odio dignus sit.

**Cur cū extēsis  
venis**

**Dominicus.** Intellego mysteriū. Cupio tamen profundius nosse quid illa venarū omnium acerba distensio velit exprimere. Nā sicuti in cythara nemi. ita et in cruce saluatoris vene protense sunt. **Maria.** Placet quod de cythara subinfers exemplum. Nam et cythara dauid qua demoniū a saule pellebat dñice crucis typum exprimit. Nemi in cythara distenti suaue resonant. ita et dñs dulcem in cruce cecinit melodiam. In hac cythara crucis sunt ligna dno. tres clau. et vene corpis locum obtinet cordarum. Plectrum vero lingua xpi est. quo septem notulas interiori capiendas auditu deprompsit. Ecce habes mi dñice cythare exemplum quod redidisti. **Dominicus.** habeo fateor. Sed septem illas notulas queso vt audiam. **Maria.** Notula prima fuit magne pietatis quando me desolata tam virgini ioanni commendauit dicens. Mulier ecce filius tuus. Secunda fuit mire charitatis. qñ in ipso omnium penarum seruire pro suis deprecatus est inimicis. pater inquit ignosce illis. Tertia notula est misericordie. hodie mecum eris in paradyso. Quarta compassionis dñi corruptam in primis parentibz humanā natū

# De mysterijs passionis xpi

ram deplorat dicens. Deus meus vt quid dereliquisti me. Quorum  
enī assumpsit naturam horum plangit ⁊ miseriam. Quinta fuit no-  
tula desiderij quod expressit dicens. Sitio salutem scz animarum.  
Sexta humilitatis ⁊ confidentie dicens. Pater in manus tuas com-  
mendo spiritum meum. omnem honorem patri tribuens non dese-  
cum virtutis. sed confidentiam insinuat eiusdem se esse cum patre  
potestatis. Septima est notula perseverantie. vbi ait. consummatuz  
est. vt ⁊ nos opera iusticie vsq; in finem consummantes mortem in  
cruce cum domino sortiamur. At nunc fili dominice quotiens te ap-  
prehendit humana temptatio hanc cum dauid cytharam tange. ⁊  
demonium abs te citius effugabis. **Dominicus.** Prole admo-  
nes chastitatis virgo. nam ⁊ hoc ipsum ysaias pollicetur dicens.  
In tympanis ⁊ in cytharis ⁊ bellis precipuis expugnabunt eum.  
Sed quid est obsecro qd dominus iesus rauca ⁊ miserabili voce in  
cruce pendens exclamauit. **Maria.** Adam olim territus ad vo-  
cem dei in paradyso deambulantis ad auram post meridiem consci-  
us sine nequicie fugit ⁊ abscondit se ⁊ sub ficulnee folijs latitauit.  
Dunc ergo pauidum ad veniam cupiens dominus animare voce  
lachrymabili ade ruina miseriamq; deplangit dicens. deus meus  
quare dereliquisti me. Hanc vocem transgressor ob audiens de late-  
bris exit conscientie ⁊ ad spem indulgentie reforescit. Atq; ideo eti-  
am hec vox alta ⁊ valida fuit. vt internam cordis surditatem dis-  
rumperet. ⁊ almi spiritus insus flatonem admitteret homo olim ad  
diuina surdus ⁊ insensibilis. **Dominicus.** Multos (heu do-  
lor) etiam post hunc clamorem surdos aspicio. qui a veritate qui-  
dem auditum auerunt. ad fabulas autem conuertuntur. Sed hos  
dimittamus. tu mihi presta benigna parens vt audiam ego quid  
loquatur in me dominus deus. At nunc non sine fletu meminisse  
possum lachrymarum dei mei in cruce plorantis. Nam ⁊ tu quoq;  
genens vidisti exundantiam fletuum suorum. cum tanq; e duobus  
fontibus ita ab eius oculis lachryme profilirent. **Maria.** De  
lachryme filii me sepe in fletus maximos concitarunt. Plorans enī  
plorauit in nocte. in scz iudeorum cecitate. ⁊ lachryme eius in maxil-  
lis eius. Verum hic etiam animaduerte benignissimam propicia-  
toris tui clementiam. Spinis spiculisq; trans fossus. ⁊ mille valla-  
tus angustijs nihil horum memor. vestras potius clades vestras  
illachrymatur angustias. Nam filij adam a paradyssi sedibus ex-  
trusi. ⁊ in hanc miserie vallem proiecti. multis quotidie replentur ⁊  
vicij ⁊ miserijs. ac tandem (quod omnium grauissimum est) hinc  
expulsi per mortem eternis incendijs immerguntur. At dominus ie-

*Lur cū rauca  
et lachrymabili  
voce*

*Lur cū lachry-  
molis oculis.*



## Dyalogus      Septimus

his filius meus miseris super magnitudine mali. in hanc vallem miserie vltro descendit. et hominis miserias in se recipiens sanguine et lachrymis expiauit. **H**e lachryme igneas malarum cupiditatum cathenas effringunt. he lachryme lapidea corda permolliunt. he lachryme eternas ambustiones extinguunt. et refrigeria mansura conficiunt. **D**ominicus. Vere in indulgentia sua (vt concinit Ysaia) redemit nos legifer noster et rex noster. et leuauit nos cunctis debus seculi. Sed ve nobis filijs adam. qui hic ridemus et ludimus et illudimus lachrymas dei nostri. Ipse nostras calamitates illachrymat. et nos more amantium freneticorum sanos nos arbitramur. cum sumus miseri et miserabiles. ceci. languidi. vlcerosi.

**M**aria. Comprime parumper dominice zelum tuum. et si quid aliud in cruce vidisti quod te permouet ediffere.

**D**ominicus. **M**ouit me fateor facies illa pendentis. pallida. exanguis. macilentum tamen hic pallorem amorem exprimit redimentis. **P**alleat omnis amans (ait ethnicus quidam) color est hic aptus amanti. **R**e quoniam sponsus sponsam suam (ecclesiam loquor) vnice adamat. hunc amorem ostendere voluit pallore vultus exesaq; macie.

**D**ominicus. Decet etiam hic pallorem omnem vere deum amantem christianum. quem efficit et laborum paritas. et studij disciplina celestis. **V**erum his lachrymis. his palloribus miserator noster iesus christus suspiria iunxit. gemitus et singultus. qui de illius dulcissimo diuino pectore erumpbant. Tu mihi rogo christe

fera virgo horum gemituum astrue rationem. **M**aria. En et ipsa nunc quoq; lachrymas retinere non possum. **N**ouens tamen eandem esse rationem gemituum que et lachrymarum. Tu nosti dicente Ysaia q; deus posuerit in eo iniquitates omnium nostrorum. **H**as itaq; super se recipiens contritione permaxima suspirijsq; et lachrymis penitus expiauit. **N**on enim sufficit optimo propiciatori mundi peccata solis corporis tormentis et preciosi sanguinis effusione celare. nisi etiam cordis dolores amarissimos pro eis benigne assumeret et infinita contritionis amaritudine se mactaret. **I**am aduertis (ni fallor) que sit horum singultuum propinqua ratio. **T**am ingens enim et profunda fuit cordis eius compunctio vt non nisi ingermiscere potuerit et lachrymari.

**D**ominicus. **V**iscera nunc dei nostri qui pro sua creatura ingemiscit et dolet. malitq; peccata nostra cum sua amaritudine expiare q; iuste punire. **S**ed quid rogo cause est q; se fitire tam anxie proclamauerit.

**M**aria. **S**itis ista cupiditatum tuarum sitim exinguit. vt in reliquum sitiat ante

Cur cum facie pallida

Cur cum multis gemitib;

Cur fitiret

# De mysterijs passionis xpi

ma tua ad deum fontem vitium. q̄ perdere adam situerit dei sapien-  
tiam ambiens ꝛ maiestatem tu ex genesi satis id nosti. Inde etiam  
ade soboles secum hanc sitim quasi funiculum trahens in modicis  
semper illecebris exesuat. Hanc ergo sitim christus vt extingueret ꝛ  
mellifluos perhenis dulcedinis fontes aperiret sitire voluit. ꝛ ama-  
ro fellis poculo fatigari

**Dominicus** Nunc satis intelligo hac  
siti atq; hoc felle prime matris usurpata conuicia. ꝛ diram pomoz  
esuriam expiari

**Maria.** Bene intelligis. atq; ideo etiam cum  
vngigenitus meus hunc potum summis labijs attingisset dixit. con-  
summatum est. ostendens ingluuiei culpam acerbis felle termina-  
tam.

**Dominicus.** Hoc poculum cum accepisset dominus (vt  
ostenderet se omnia consummasse) inclinato capite tradidit spiritum

Rogo nunc te intemerata genitrix. ediffere mihi huius inclinatio-  
nis ꝛ mortis sacramentum

**Maria.** Quod requiris domini-  
ce in promptu est. Ista humilis diuini capitis inclinatio humani  
generis male erectam superbiā deprimit ꝛ deflectit. Ambulabant

eū filij adam contra deum erecto collo. ꝛ pingui ceruice se armabāt  
Sed misericors atq; humilis xpus hanc superbiā sanaturus ca-  
put patri reuerenter inflectit. ita corpore vt corde se submittere op-  
tauerat ꝛ p̄terea olim sponsa in canticis osculari osculo oris sui. Quis  
ait mihi det te fratrem meum vt inueniam te foris ꝛ deosculer ꝛ iam  
nemo me despiciat. Tunc reuera foris frater christus inuentus est  
quando extra urbem eiectus in monte palam crucifixus est. Oscu-  
lum itaq; diu quesitum sponsa suscepit quādo xps os porrigens ca-  
put in ligno deflexit

Caput etiā inclinat vt perpessi ponderis osten-  
dat grauitatem. vt suam nobis ingerat paupertatem. vt de cōsumma-  
ta passione patri exhibeat gratitudinē. ꝛ vt ad se clamantium vota ꝛ  
pitius exaudiret.

**Maria.** Cur autē mori voluerit nō opus est vt sollicitus in-  
quiras cū certū habeas mortem eternā sua morte cōuelli. ꝛ post vitā  
hic datā gratie vitā illic perpetuā reuelari

**Dominicus** Optime te in-  
bueniente pia virgo resectus sum. Nūc abs te didici omnia que con-  
stat filiū tuum aut egisse aut ꝛsum esse. amorem. humilitatē. cle-  
mentia maximā redolere

Atq; in eandē credo venire dulcedinem ꝛ  
post acceptam mortē latus suū militari lancea voluerit transpungi.  
vt scz ꝛ vulnus lateris amor patefceret cordis

Nam ꝛ ipa lancea ad  
cor vsq; processit.

**Maria.** Nunc palā intelligis nō habere filios  
adam quod querulenti paradysi sibi ianuā obseratā esse

Ecce alia il-  
lis ianua ꝛz longe illa dulcior. amencior. fructuosior. Per hanc in-  
gredi possunt ad cor saluatoris. a corde ad aiām. ab aiā in diuinam  
claritatis abyssum. vbi nō ignales sed qui nō marcescāt fructus sua

**Cur cū inclina-  
to capite.**

**Cur ipsa latna  
aperiri voluit.**

## Dialogus Septimus

missi decerpantur. ubi serpens deceptor nullus pertimescitur. ubi nemo aut expellitur aut contristatur. In hac caverna macerie quotiens temptaris ingredi. illic abscondere donec transeat indignatio

**Dominicus.** Delector (mihi crede) in verbis gratie que procedunt de ore tuo. Non iam frustra adam subter cōsuta perizomata se timidus abscondat ab ira dei. habet nunc aliud latibulum multo securius latus saucium saluatoris. Sed anteq̄ ad sepulcrum domini veniamus oro te o sanctissima vt me doceas quid tres ille

crucis significant in quibus cum latronibus est appensus.

**Maria.** Tres crucis tria martyria sunt. malozū. scz hominum. penitentium ⁊ perfectozum. **Dominicus.** Penitentes ⁊ perfectos homines in cruce pendere minime dubito. Sed quo pacto reprobi crucem habeant nequeo cōprehendere. presertim cum ipsi letentur dum male fecerint ⁊ erulent in rebus pessimis. **Maria.** Ita nec excidit tibi quod in libro sapientie ipi de sua cruce confitentur. Ambulamus aiunt vias difficiles. ⁊ in via iniquitatis ⁊ perditionis lapsi sumus. Hieremias. quozq̄. vt inique agerent inquit laborauerunt. Et ysaias. Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Et sapiens. Semper presumit scia perturbata conscientia.

**Dominicus.** His testimonijs contradici nō potest. Sed ipsam crucem malozū velim agnoscere. **Maria.** Superior pars huius crucis est superbia qua laborant miseri vt alijs dominentur. Inferior pars crucis est luxuria qua tanq̄ in stercore volutantur. Computrescunt em̄ iumenta in stercore suo. Dextrum cornu auaricia ⁊ diuitie cum sudoribus acquirantur. Sinistrum inuidia ⁊ de bonis aliozū eruciantur.

**Dominicus.** Uidi mater funestissimam crucem. sed putabimus ne eos ab hac cruce in paradysum conscendere

**Maria.** Immo vero in infernū demergi. vt de cruce transeant ad crucem. ⁊ ab armis ferreis incidant in arcum ereum. Sed nunc alias duas crucis transeo breuiter. **Cruz** penitentium habet quatuor cornua. scz contritionem. elongationem. ignoscibilitatem. restitutionem. Ab hac cruce in paradysum cum iusto latrone conscenditur. **Cruz** vero perfectozū in quo christus defigitur hec habet cornua. timorem. laborem. aduersitatem. contemplationē. Sed cupis forsitan fructuosus aliquid de his crucibz nosse.

**Dominicus.** Cupio o mirissima si dignaris. **Maria.** Vates penes te dominice tria que te crucifigere oportz. spiritum. carnem. ⁊ mundū. Spiritum cum xpo carnem cum latrone dextro. mundum a sinistris cum impio. **Cruz** spiritus est feruor deuotionis. cuius sunt. cornua. amor. spes. timor. et. dolor. **Cruz** carnis rigor est discipline. cuius sunt. brachia. vigilia

**Cruz tres crucis**

## **D**ialogus **S**eptimus

abſtinentia. aſperitas veſtium. diſciplina verberum. **A**nux vero qua mundus reſigitur eſt paupertas ſpiritus. cuius ſunt cornua. **P**remptus glorie. pecunie. patrie. parentele. **P**ates iam vt arbitror ſufficiẽtem de his crucibus inſtructionem. **S**ed queſo te mi dominice q̄ te aſſeris in cruce vidiffe dominum me quoq̄ matrem eius ſub cruce aſſiſtere nõ vidiffi. **D**ominicus. **Q**uid nĩ viderim o miſiſſima mater. **N**eq̄ em̄ nunc quidem eius poſſum viſionis ſine gemitu meminiffi. **V**idi nempe te ſub cruce pallidam. exanguem. miſeram. veictam. tremebũdam. ⁊ mille doloris gladijs tranſuerſeratã. **C**um vero ſaucius ⁊ extinctus recumberet in ſinu tuo vnigenitus tuus aĩad uerti te innumenſis ſteribus exundantem. ⁊ plagas eius innumeris lachrymis diluentem. **H**ec dum cernerem compatiebantur tibi omnia viſcera mea. **M**aria. **E**go dum oportunum fuerit munerabor tibi pietatem iſtam. **N**oueris tamen me in paſſione filij typum eccleſie tenuiſſe. **H**ec enim cum ſponſa ſit chriſti ⁊ eius ſanguine redẽpta ⁊ redimta debet eius cruce aſſiſtere. lachrymas doloris effundere. ſinu pietatis repauſare. unguento deuotõnis illinire. ſyndone caſtitatis inuoluere. cordis hoſpitiõ ſepelire. ne peccatum introeat os ſepulchri prænumire. facile enim chriſtus amittitur ſi perfidie reſeratur ingreſſus. **D**ominicus. **N**on ſegni aure hec abs te pia virgo recipio. **S**ed nunc queſo ad ſepulture myſterium gradiamur. **N**eq̄ ſine mira ratõne eſt cur deus omnipotens ⁊ maieſtatis immẽſe crudeli morte perfunctus lintheaminibus voluerit obuolui. ⁊ tãq̄ cadauer putridum cum mortuis ſepeliri. **M**aria. **L**egiffi ne apud **Y**ſaiam dominum dicentem. **I**n indignatõne mea percuſſi te et in recõciliatõne mea miſertus ſum tui. **G**raui em̄ indignatõne adaz et ſua proles percuffa eſt. quando dictum eſt eis terra es ⁊ in terram ibis. **V**erum in reconciliatõne magna dominus miſertus eſt eis quãdo vt hanc ſententiam ſolueret in corde terre ipſe voluerit ſepeliri. **Q**uid nunc murmurat homo viuens. vir pro peccatis ſuis. **E**cce quicquid deus homini pro ſcelere inſtituit perferendum miſericordia motus vltro ſuſtinuit. vt vſq̄ ad miſerabilem deſcenderit ſepulturem. **D**ominicus. **I**ncaleſco mater ex his que tu loqueris. **M**aria. **E**ſt tamen (vt idem aſſerit **Y**ſaias) ſepulchrum iſtud admodum glorioſum. **N**am iſte in tumulto dei ſopor a mortis ſomno corda mortalium erexit. hic ſopor demonis ſup nos vigilantia obdormiſcere facit. hic ſopor ad vite gram nos reſtituit. hic ſopor ad videndam dei gloriã cordis nobis oculos reſoluit. **N**ec vacat a magno ſacramento q̄ hoc diuinum corpus iacet in tumulto multo vulnere ſaucium. ponderoſum. obſcurum. ſpinis ſpiculiſq̄ tranſpunctus.

**C**ur maria ſub cruce. et in ſepultura.

**C**ur dñs ſepultus

# **D**ialogus **S**eptimus

ut tu haberes in illa resurrectione corpus impassibile. mobile. et in-  
star solis subtile. perspicuum. luminosum. Noueris tamen nemini  
hanc gloriam tribuendam. nisi qui veterem hominem christo con-  
sepelierit. ut mortuus peccato uiuat in deo. Et sicut christus surrexit  
in gloria patris ita et ipse pambulet in nouitate spiritus. non in ve-  
rultate morture carnis. **Dominicus.** Sacramentum quod  
nunc aperuisti o sapientissima. vere magnum et sublime est. donec mi-  
hi tuis meritis deus ut sicut que dixisti potui intelligere. possum et  
opere complere. et pleno corde diligere. **Maria.** Ecce que a me  
quesisti passionis mysteria. etsi non ad liquidum omnia. que tamē  
pro tempore comodius dici poterant libenter aperui. Verum ut me  
tibi beniuolam fuisse ac munificam gratuleris. in admirabile quod  
dam huius passionis lumen te introducā. quod et oculos tuos  
illustret et affectum vehementer inflammet. sequere me. **Domi-  
nicus.** En sequar te quocumque ieris. **Maria.** Nulla ad ostium  
istud et ingredi. **Dominicus.** Ecce aperui et ingressus sum  
**Maria.** Quid tu vides. **Dominicus.** Uideo heus rari-  
sum saluatorem in sua cruce pendentem. **Maria.** Nihil ne am-  
plius vides. **Dominicus.** En video ab eius vulneribus con-  
spargi lucidissimum inbar quod mihi aciem mentis diuerberat. et  
internos confundit obtutus. Tu mihi rogo hanc refulgentiam tem-  
pera. et quid videre dextram dignanter oppande. **Maria.** Hoc  
quod de crucifixo lumen egreditur quorsum tendit. **Domini-  
cus.** Uideo illud in septem radios diffundi. et nescio que olim in-  
cognita cupere demonstrare. **Maria.** Aliquid vidisti. at ne diu-  
tius te fatigem noueris in toto vniuerso septem hactenus res oculi-  
tas fuisse homini. quas hoc lumine quod de crucifixo profluit sole  
clarius poteris intueri. **Dominicus.** Et que sunt obsecro hec  
septem hactenus ignorata. **Maria.** In hanc caliginosam no-  
ctem dum versaretur genus humanum ignorabat quid deus. quid  
spiritus. quid mundus. quid superus paradysus. quid infernus. quid  
peccatum. quid virtus. At christus dei filius (sicuti nunc cernis) sep-  
tem lucidissimos de spargit ardores quibus hec intuenti cogni-  
ta efficiantur. Vis igitur nosse dominice quid sit deus. **Domi-  
nicus.** Cupio domina vehementer. **Maria.** Aspice in cruce co-  
sifrum dei filium. Sic monstrat tibi deum esse inscrutabilis sapien-  
tie qui hac passione dyabolum sefellit. Deum esse irreprehensibilis  
iusticie qui pro satisfaccōne iustum redemptionis precium requisit  
uit. Deum quoque esse inexhaustibilis misericordie qui pro nostris re-  
spondis iniquitatibus seipsum in mortem tradidit. **Domini-**

**Nota septē ha-  
sten' incognita**

## De mysterijs passionis xpi

cus. Ecce te adoro dignissime et dulcissime redemptor. qui in hoc lumine passionis tuam mihi diuinitatem aperire dignatus es. Nunc enim agnosco quod pro tua sapientia plurimum es admirandus. pro tua iusticia humiliter reuerendus. pro tua misericordia dulciter amplexandus. **Iesus.** Accepto dominice et gratam habeo reuerentiam tuam. At nunc ex mea passione cognosce quid sit spiritus rationalis. Nam et hoc quoque (ut mea mater asseruit) hactenus homini mansit incognitum. In phariam nempe spiritus rationalis diuiditur. Est spiritus angelicus. spiritus humanus. spiritus dyaboli. **Intellige** nunc. spiritus angelicus quod sit benignus qui me suum regem. suum gaudium pro humana pertulit salute spiculis configi. Quam sit humanus spiritus dignus et sublimis pro quo redimendo amara voluerim morte defungi. Quam sit teter acerbus et crudelis spiritus dyabolicus cuius nequissima suggestione in hac crucifixus fui. **Dominicus.** Hac luce perfusus mitissime domine agnosco sanctos angelos esse ab homine diligendos. humanos spiritus ad iusticiam imbuendos. tetros vero totis nisibus fugiendos. **Iesus.** Unde id agnouisti. Verum nunc ex mortis mee lumine aspice quid sit mundus. Intuere queso mundani homines quod fuerint ceci qui me veram dei lucem agnoscere noluerunt. dilexerunt enim magis tenebras quam lucem. Intuere etiam quod sint steriles qui caduca ambientes me quasi inutilem contempserunt. quod sint reprobi et iniqui qui me deum glorie crudeliter peremerunt. **Dominicus.** At nunc video o mi domine (quod etiam scens dico) quoniam usque in hanc horam in secularibus personis he nequicie perseverant. Nam te suum propiciatorem non respiciunt. tuos pacis et iusticie fructus precenon ambiunt et te rursus suis iniquitatibus crucifigunt. **Iesus.** Verum tu dicis fili dominice. et hic ingens et afflictuus dolor cordi meo. cum tam ingratos et auersos a me cunctis intueor. Sed nunc ad quartum quod clausum erat obrutus tuos refero. Respice igitur quomodo mea passio tibi aperit supernum quod sit paradysus. Nam si tormenta que pertuli diligenter insperis videbis paradysum fastigium esse totius glorie. spectaculum omnis leticie. et promptuarium infinite opulencie. **Dominicus.** Tuo dono illustrans intelligo piencissime saluator quod in passione ideo volueris nouissimus hominum estimari ut nos ad fastigium glorie sublimares. Ideo summe innocens voluisti ut reprobo asperari ut nos reos in eterna cum vultu tuo leticia compleres. **Io** tanta pauprate quod ditissimus es fatigari. ut tua nos regni tui opulencia diuites faceres. **sz**

## De mysterijs passionis xpi

quis te quibit pro hac tua charitate dignis efferre preconijs.

**Iesus.** Verum nunc fili dominice quintum (quod nesciebat mūdus) infernus est. locus vtiq; plenus egestate et penuria. locus plenus vilitate et ignominia. locus plenus acerbitate et miseria. **Domini**cus. Certissime ita esse considero. Nam vt a nobis dulcissime miserator auerui egestatem excluderes. ideo pauper nudus. sitibus dus in cruce defigeris. Ut a nobis inferni ignominiam remoueres multis tu probis. vituperijs. et ludibrijs fatigaris. et vt gehēne eterna a nobis supplicia diuelleres. post innumera tormenta acerbissima morte perfunderis. Sed ve his qui post cōdula tartara rursus suis se illic iniquitatibus immergunt **Iesus.** Congratulor fili lumini tuo. dignus qui duo reliqua olim ignorata cognoueris. **Ser**uum itaq; clausum homini est ipsa virtus. Ex hac mea passione agnosce quoniam virtus est preciosa. est speciosa. est et fructuosa. Est enim preciosa. quia malui vitam amittere q̄ iusticiam non erequi. q̄ non exhibere obedientiam. humilitatem. misericordiam. Est etiam speciosa (quod tu quoq; mea mater agnoscis) cum videris eam relucere in contumelijs. in ludibrijs clarescere. in tormentis victoriaz obtinere. Est quoq; fructuosa. quia tartara confregit. celos aperuit. patrem mitigauit. peccatum explosit. et perditum omne restituit

**Domini**cus. Nunc animaduerto mitissime redēptor cū quāto laetore virtus a nobis sit expetenda. adamāda. custodienda **Iesus.** Postremum quod erat homini occultum ipsum est nequissimum peccatum. Nunc prudenter fili animaduerte q̄ retelandū sit omne peccatum. cum ad eius expiationem necesse fuit committi tam graue piaculum poni tam nobile precium. tam difficile medicamentum. Habui enim ego crudeliter perimi vt posset peccatum in meis electis occidi. **Domini**cus. Magna dignatio tua suauissime deus. Sed ve nobis miseris qui post tam difficilem peccati expiationem tam libenter rursus peccatis inuoluimur qui te dei filium conculeamus. qui sanguinem tuum pollutum duimus. qui spiritui gratie contumeliam facimus. et veteribus delictis noua quotidie cumulamus. Ex hac tua passione domine sicut peccati magnitudinem ita et eius inexplabilem penam agnoscamus. Delinquentibus enim nobis post acceptam tante miserationis indulgentiam iam non relinquimur pro peccatis hostia. Non q̄ peccans si voluerit non possit passionis tue adiutorio vri. sed q̄ rarissime penitet at qui tantam gratiam superba cernice contemserit. Sed nunc habeo immortales gratias dignationi tue pietissime saluator. q̄ me tua passione redemisti. qui tuo melumine irradiasti. qui vniuersalē

## **D**e mysterijs passionis xpi

rerum omnium noticiam mihi clarissimam tribuisti. Tibi quoque  
nutissima parens grates refero sempiternas. que mihi passionis hu  
ius mysteria aperuisti. que me in hac lucis gloriam intromissi tui  
genitum tuum mihi tam propiciam et benignolum effecisti. Sed que  
so te ut mihi hic tecum liceat permanere. nam bonum est mihi hic  
esse. **Maria.** Maiora tibi mi dominice et sublimiora (si iuste  
vixeris) preparantur. Interea tu nunc perge ad fratres tuos et quod  
in hoc conclavi clam vidisti palam cunctis edissere. et lumine quo ple  
nus es alios illustrare consuece. Sicuti enim maledictus est qui fru  
menta abscondit in populis. ita et qui lumē occultat in tenebris. Per  
ge ergo et quod in aure audisti predica super tecta. **Domini**  
**faciam quod hortaris.** Et nūc dulcissima virgo optime vale. et me  
tuo vnigenito charissimū redde. **Maria.** Et tu fili dominice vale  
et nostri in te beneficij memoriam face.

**F**init dyalogus de mysterijs sacre passionis christi. alijs  
quoque salutiferis doctrinis. quibz homo suas actiones  
pot ordinare in laudem dei ac gloriose virginis marie ut  
patet intueri. et per consequens totus liber iste (qui vio  
la anime inscribitur) merito cum vere odore vite do  
ctrine sapientieque spiraret in septem distinctis dyalo  
gos **Colonie** Impetis honesti viri **Petrici**  
**Quereell** venno Impressus Anno natali  
cij saluatoris nostri. **Jesus christi.**  
**M. A. L. L. L. L. j.** Die. decimose  
pro mensis **Julij.**



**Epygramma ad librum**

**I**nter honoratos. nulla formidine libros  
**S**ume sed eriguum parue libelle locum  
**N**e vereare libris multo maioribus addi  
**C**orpore plus iusto. sis licet ipse breuis  
**S**randia per modicis cedunt nam saxa lapillis  
**E**t prestant magnis sepe pusilla bonis  
**F**ertilis es verbis ad opus mediocre redactis  
**S**ed vires. veluti grana sinapis habens  
**D**ebueras igitur minime pregnadis haberi.  
**N**e premeret dominum sarcina forte tuum  
**N**anq; domi vt reliquis tibi nō recubare licebit  
**S**ed possessorem. quo velit ire. sequi  
**O**ptima nanq; doces. captusq; facillima queq;  
**A**citer in celum quo sibi quisq; paret  
**¶** Finis

**Ad beatā Annam Carmen**

**D**ic effunde preces deuote poplite flexo  
**A**нна parens vbi cum prole tracta sedet  
**N**e dubita capias quicquid rogitaueris ipsam  
**N**anq; potens precibus ingitit Anna nitet  
**N**ullius Anna preces vnq; dimisit inanes  
**S**ed tulit optatam candida semper opem  
**E**rgo piam matrem multo cumulemus honore  
**N**ullius vacuas que finit esse preces  
**A**нна parens iesu christi genitricis aueto  
**I**n nobis petimus omne repelle nephas

80

A 1672052